Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8199
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in Concilio Salzburgen deponitur, et in eius locum Richarius
ordinatus est. Iste Binchingus Ostrogotus et Alemanus
fuit et Leopoldo Duce Impetrante a summo pontifice
Epus Consecratus, et in Moraviam ad quandam gentem
neophitam quam ille Dux bello vicit, et ex paganis
Christianos esse fecit transmittitur sed postea Pataviensi
Epo defuncto Binchingus Moraviensis contra instituta
primum Rege Arnolpho concedente Pataviensem
Episcopatum sibi usurpavit. Quanti autem meriti
Idem Epus apud Imperatorem fuerit claret ex privi
legio ipsi dato. Nam Arnolphus tertio Imperii sui
Anno Pataviensem Civitatem Binchingo Archiepo
donavit cum Integro theloneo suo mancipia utri-
usque sexus, molendina, piscationes, vineas, et quicquid
in eadem urbe vel circa proprium visus est possidere.
Insuper precipiens, ut in predicta urbe a modo nullus
publicus Iudex, vel quilibet vir, ex curiali dignitate
placitum habere presumat, vel omnino super familiam
aut suburbanos aliqua Iuditia secularia exerceant
Sed advocatus seu patronus Sancte dei Case sub
ditione illius sedis Episcopi constitutus quecumque
illic sunt disponenda, Ipse et non alius ordinet
et examinet. Hic Wigindus fit Archi. Ao 887.
A. Domini ~~annus~~ 903.

35